

debitum, & econtra debitum per creditum aboletur, igitur necesse est debitorem in primo libro fieri creditorem, & è contra respectu secundilibri, est etiam aduentendum ut omnes partitiones quæ ex libro in librum transferuntur in primo quidem sub diel translationis conscribantur in posteriore autem libro sive novo sine die.

11. Rerum vilium & mutuorum sub breui tempore datorum aut acceptorum nulla fiet quanquam magni sint pretij memoria in libris sed in paruo quodam rerum quotidianarum libello.

12. Litteræ autem suis sculis pro diversitate locorum signabuntur, vnicuique loco suus assignabitur loculus, alligantur autem ordine suo in fasciculum secundum tempora, atque cuilibet anno fasciculus assignatur exterius anno signato in fasciculo, & super epistolam nomine & cognomine eius qui eam misit.

Hæc autem experto aut operam talibus danti sufficiunt ei autem qui talia non trahant etiam si vniuersum hunc librum in hac, materia consumplerent, non existimo positura.

C A P V T L X I .

De Extraordinariis & Ludis.

IN hoc capitulo 4. tractabimus, primo quidem itinetum quæstiones Secundo quæstiones partium. Tertio rationes ludorum in diuidendo. Quarto de ludis ipsis & eorum optestate.

1. In itineribus tria sunt consideranda capitale, numerus itinerum, & prouentus, & licet ex quibuslibet duobus possit cognosci tertium, nihil minus consueuerint ex prouento & numero itinerum querere capitale, & hoc est quia lucrum est incertum, & ideo ponemus tantum unum exemplum Quidam ibat ad nundinas & quotiens reuertebatur refferebat triplum capitalis, iuit autem ter & ultimo rediit cum capitali ipso & quadrato & cubo capitalis, tunc dices quod iuit cum 1 co. & quia triplicauit semper ultimo rediit cum 27 co. & haec sunt æquales 1 co. 1 ce. 1 cu. detracto igitur 1 co. de communi fient 26 co. æquales 1 ce. 1 cu. quare 1 ce. p. 1 co. æquatur 26. igitur capitale fuit 12. 26 $\frac{1}{4}$ m. $\frac{1}{2}$, & ita alias solues, verum si numerus itinerum sit incognitus, conare integra inuenire, quod si non æquentur, proximo maiorem & minorem numerum indagabis, demum præcisionem, factâ positione asseruis.

2. In quæstionibus partium sive bursæ 4. animaduertantur numerus habentium, nam quanto minor tanto facilior, minimus numerus est 2. maximus autem non datur secundum an sit positio per terminatam quantitatem, aut per partem cognitam aut per partem comparatam exemplum patet in ista, tertium an sit quæstio simplex aut composita, quartum ut non vñā positione sed pluribus inueniatur.

Propter primum quæratmus in duobus ob facilitatem discentium & ponamus exemplum in triplici diuersitate secundi modi, dicat igitur primus secundo, si dederis 5. ex tuis habebo quadruplum residui, & secundus primo si dederis 4. ex tuis habebo quadruplum residui tui, tunc pone quod primus habeat 1 co. igitur dato 5. fit 1 co. p. 5. & hoc est quadruplum residui igitur residuum est $\frac{1}{4}$ co. p. 6 $\frac{1}{4}$, cui si addantur 4. fiunt $\frac{1}{4}$ co. p. 10 $\frac{1}{4}$, & hoc est quadruplum ad 1 co. m. 4 igitur 4 co. m. 16. æquantur $\frac{1}{4}$ co. p. 10 $\frac{1}{4}$, reducas ad integra fient 16 co. m. 64. æquales 1 co. p. 41 igitur 15 co. æquales 105. & res valebit 7. & tantum habuit primus ad de ei 5. fit 12. & hoc est quadruplum ad residuum quod est 3. addito igitur 5. fit 8. igitur primus habuit 7. & secundus 8.

Secundum de parte cognita dicat primus secundo, si dederis dimidium tuorum habebo triplum residui tui, & secundus primo, si dederis quantum est dimidium illius quod poposcis, habebo septuplum, tunc operare ut in prima & adueniet quælibet quantitas, quia hic modus secundus est ligatus, & ideo caue ne quæstio sit impossibilis, quod plerumque accedit, velut si loco septupli dixisset quincuplum, aut triplum aut omnem alium numerum à septuplo.

Tertium veluti si primus dicat secundo si dederis partem talem tuorum, qualis tui sunt meorum, habebo quintuplum residui tui, secundus dixit primo si dederis talem tuorum portionem qualis esset illud quod à me petisti, totius aggregati quod esses habiturus, haberem ego decem, pone quod primus habeat numerum quemvis & fit 12. & secundus habebit 1 co. duc 1 co. in se fit 1 ce. diuide per 12. exit $\frac{1}{12}$. ce. & hoc erit talis pars de 1 co. qualis est 1 co. de 12. ex quadragesimo secundo capitulo iunge $\frac{1}{12}$ ce. cum 12. fit 12. p. $\frac{1}{12}$ ce. & hoc est quintuplum ad residuum quod est 1 co. m. $\frac{1}{12}$ ce. igitur 1 ce. p. 144. est quintuplum ad 12 co. m. 1 ce. quare 1 ce. p. 144. æquatur 60 co. m. 5. ce. & ita 1 ce. p. 24. æquatur 10 co. igitur res valet 4. igitur habes quod necessaria est proportio tripla inter primum & secundum nam primus habuit 12. fac igitur positionem secundo, & pone quod primus habeat 3 co. igitur secundus habebit 1 co. vel 1 co. $\frac{1}{2}$ propter duplē solutionem, rancor minue dami, ponamus modo de tripla, & quia in exemplo superiori 1 $\frac{1}{3}$ quod dabat secundus primo, est decima pars 13 $\frac{1}{3}$. quod erat aggregatum da igitur decimam partem 3 co. ad 1 co. fiunt 1 co. $\frac{3}{10}$, æqualia 10. igitur res valet 7 $\frac{2}{3}$, & tantum habuit secundus, & quia primus habuit triplum igitur habuit 23 $\frac{2}{3}$.

Composita vero est veluti si dicat primus secundo si dederis 4. de tuis, habebo quintuplum residui tui, & secundus primo si dederis talem tuoram partem qualis est 4. de meis habebo duplum residui tui, tunc non fac positionem nisi super unum terminum, & dicas ponam quod primus habeat 5 co. quia dixit de quintuplo ad vitandum fractos, adde ei 4. fiunt 5 co. p. 4. & hoc